quinque[a] ecclesie significantur per *quinque civitates in terra Egypti loquentes lingua Chanaan*[b][117].

<3.>

A Moyse[c] usque ad Iohannem[d] Baptistam septem tribulationes consummate fuerunt[e], unde[f] illud[f]: *Percutiam*[g] *vos septies*[g] *propter peccata vestra*[118]. In novo testamento sex, quia due ultime in veteri unam[h] faciunt[i] in novo, et sexta feria[j] colligitur[k] manna[l] duo[l] gomor[119]. Primum certamen veteris[m] testamenti[m] fuit Egyptiorum; secundum Cananeorum; tertium Syrorum; quartum Assiriorum; quintum Caldeorum; sextum contra[n] Babilonem Medorum[n] et contra filios Israel recidivum[o]; septimum Grecorum, Anthioco exterminante[p] Ierusalem. Hec septem tribulationes septem erant signacula[q], id est signa occulta futurorum. Nesciebatur enim, quid significarent, donec aperuit[r] ea Christus[r].

Hec prelia fuerunt contra filios Israel. Contra ecclesiam similiter fuit[s] prelium Iudeorum, ubi primum sigillum apertum est[t]; secundum in persecutione paganorum; Syris conparantur Perse, Goti, Vandali, Longobardi, qui ecclesiam infestaverunt[u]; in quarto sigillo[v] contra ecclesiam insurrexerunt Sarraceni; quinto novi Caldei et nova[w] Babilon[w] contra spiritualem Ierusalem; sexto[x] est destructio[y] Babilonis, id[z] est Rome[z]. Septem[aa] tribulationes facte sunt, sicut[bb] supra[cc] dictum[dd] est[120], sed

---

a) septem P_5 b) Chananea α, *folgt* Civitas solis vocabitur una. P_{10} c) Iacob P_{10} d) Iohennet(iam) Z e) sunt P_{10} f-f) *fehlt* α, unde iuxta P_{10} g-g) septies percutiam vos P_5, septies parciam vos *V4* h) unum P_{10} i) *folgt* etiam P_5 j) *fehlt* P_5 k) supercolligitur P_5 l-l) *fehlt* P_5 m-m) *fehlt* P_{10} n-n) Medorum contra Babilonem V_4 o) residuum V_4 p) contaminante P_{10} q) *am Rand mit Verweiszeichen* V_4 r-r) Christus aperuit P_5, Christus ea apperuit V_4 s) *fehlt* P_{10} t) fuit, scilicet in morte Christi V_4 u) infestarunt P_5 v) signaculo P_{10} w-w) Babilon nova α x) sexta Z y) diffinitio α z-z) nove α aa) septimo P_{10} bb) *folgt* iam α cc) *fehlt* P_5 dd) scriptum P_5

---

117) *Isai. 19,18*
118) *Lev. 26,24*
119) *Exod. 16,22*
120) *Siehe oben Z. 45–51.*